



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs XIII. Dixit insipiens in corde suo, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

4

Stag nist meū frānd.  
vīnū, et sī fūnū  
mītīj mīdēn vīn  
mīdēn sīfīj sī  
mīdēn kīgīj  
**U**nquam ne validis vīctus ab hostibū,  
Rīsus materia & fabula hypocritis  
Sīm, nec suppeditem gaudia pēsimis,  
Me tristem licet hoc attamen vīcum  
Solamen recreat suauiter erigens.  
**H**oc hoc est, animum quod leuat et iuuat,  
Nunquam destitui quod video pīos,  
Fretos auxilio propitiī Dei,  
Cui cantabo alacris carmina dulcia,  
Psallam rītē Deo latifīcum meos.  
Qi sperata mihi prāstītīt affatim.

### PSALMVS XIII.

Dixit insipiens in corde suo, &c.

**N**ON Deus ēst usquām, prauos qui vindicet  
Sic ait insipiens. (ausus,  
Hinc ēst quod cunctos Deus auersatur: et haud  
Vllus in orbe pīus. (est  
Exploraturus mortales, aethere summo  
Despīcit ima Deus,  
Ut videat, si quis motus bonitate lehoue,  
Numina sancta colat.

Verūm

Verum auersi omnes deflectere turpiter ausi

Sunt, Domini immemores.

Non est qui studeat pietati, nullus in orbe

Iussa superna facit.

Non ulli metuunt diuini numinis iram,

Dum scelus omne probant.

Membrapii cætus lacerantes, sanguine gaudent,

Plebis & ossa vorant.

Quæ sudore suo miser acquisiuit, iisdem

Viscera laxa replent.

Diuini immemores cultus, insontibus obstant

Artibus innumeris.

Vanos horrentes strepitus prece deflectere nolunt

Voce suaq; Deum.

Ille sed oppressis iustis Pater optimus adstat,

Fertq; benignus opem.

O utinam auxilium de monte Sione veniret,

Isacidas recreans.

O utinam populi captiui vincula dura

Solueret ipse Deus.

Israël tunc latus erit, tunc iubila lata

Voce, Jacobe, canes.